



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



NATURA, SUBSI-
STENTIA, ARTE, CAU-
SIS IN GENERE

Quas

P R A E S I D E
P. FERDINANDO VISLER,
Soc. Jesu, Philosophiae Profes-
sore Ordinario.

Propugnabit
REVERENDVS & RELI-
gioſus

F. SIGISMUNDUS SEMMER,
Canonico P... — AUGUSTINI,
Metaphysic...
. LL. Bac.

M. DC. LXV.

Æ,
eriorum,
nicis.
Mayer

W
H

REVERENDISSIMO,
PRÆSVLI,
AMPLISSIMO
PATRI,
DOMINO, DOMINO
AUGUSTINO
CELEBERRIMI MONA-
STERII ROTTENBUECH-
ENSIS, CAN. REG. FAMI-
LIE S. AVGVSTINI
P R A E P O S I T O
VIGILANTISSIMO,
I N C H R I S T O
OPTIMO, CHARISSIMO
PARENTI,
Nec non
ARCHIDIACONO NATO,
^{Hæc}
DE NATURA, ARTE, ET CAUSIS
THESES
ET CUM HISSE, SUAQUE
ÆTERNUM INSCRIBIT.
Corpo Consanguineus, Animo Filius,
Vita Subditus, Obsequio Servus,
F. SIGISMUNDVS SEMMER,
ibidem Professus.

Paxerga.

- I. Logica Obiectum materiale immediatum sunt res omnes.
- II. Repugnant Pracisiones obiectiva.
- III. Implicita universalis à parte rei independenter ab Intellectu.
- IV. Principia ut quod Totius in Fieri sunt tria, & duo Totius in Fatio.
- V. Datur Materias prima & Forma substantiales.
- VI. Repugnant Formae partiales.
- VII. Dantur Modi.
- VIII. Unio Physica est entitas modalis.
- IX. Causa intrinseca sunt, ex quibus aliquid fit, cui insunt per idensitatem.
- X. Causa materialis intrinseca est, ex qua aliquid fit, cum insit per unionem.
- XI. Causa Finalis est, cuius gratia aliquid fit.
- XII. Causa efficiens est, à qua primò per se est motus.
- XIII. Causa prima ad omnes effectus immediatè concurrit, per eandem cum causa secunda actionem.
- XIV. Causa secunda determinant ad speciem effectus.

XV. Ad individuum partim determinat
Causa prima, partim causa secunda.

XVI Repugnat prae-determinatio Physica.

XVII. Accidens non potest substantiam
producere in virtute substantia.


XVIII. Generatio Substantialis est intelli-
gibile totius in totum, nulla sensibili remanente,
ut subiecto eodem.

XIX. Elementa non manifesta formam inter-
ducent in mixtis, sed solum potentias, &
virtualiter.

XX. Pondere est moveri ab innato seco.



D E



D E NATVRA, SVB- SISTENTIA, ET ARTE.

OTVM, de quo egimus vltiꝝ
mā Conclusione, aliud est *natu-*
re, & aliud, quod *suppositum*, aut
persona dicitur, cum hoc discri-
mine, hoc videlicet de ijs totis
prædicatur, quæ naturam habent rationalem,
vnde *bruta* nec sunt, nec dici debent perso-
næ. Illud verò omnibus totis tribuitur, quæ-
cunque præter materiam, formam, & vnio-
nem, *subsistentiam* inuoluunt. Innotuit au-
tem nobis potissimum, dari subsistentiam ex
mysterio Incarnationis, vt postea referemus.
Cæterū quia operibus *nature* opponuntur
opera artis, vt hæc ab illis discernantur, op-
portunè hoc loco Philosophi artem naturæ
firmitatē tractandā sumpsere, quos & nos quo-
ad Conclusiones subtiliores sequimur, cæte-
ris ad aliam Philosophiam remissis.

A

FVN;

FUNDAMENTVM X.

**Supremum infimi attingit
infimum supremi.**

Hoc axiomate declaratur mirabilis ordo uniuersi, & eius partium inter se subordinatio, ac proportio stupenda. Lusit enim Diuina Sapientia in operibus suis artificiosissimam methodo, superiora infimis, medijs alijs de utroque participantibus, superadiscendo; sic Angelos inter, & Bruta medios posuit Homines, Hominem inter & Vegetantia, bestias subiecit, bas inter & Mineralia. Plantas miscuit, ignem secum, & calidum, aqua frigida, & humida, intersito aere utriusque amico, separauit, ut cetera præter eam, quantâ proportione, quo ordine corpus humanum in suas distinxit, diuisitque partes?

Idem hic sapientissimus artifex modos operandi cum proportione inter agentia huius Uniuersi diuisit, ut modum operandi uniuersalissimum perfectissimis agentibus tribueret quod vero magis, ac magis in perfectione decrescent, eò modum operandi pariformiter coarctauit. Ita in Terra elemento omnium utilissimo generationes, & augmentationes mode

modi operandi infimi, omnium maximè exercentur. Generationi, & augmentationi succedit alteratio; prior enim ad substantiam, hac ad qualitatem mouet, eamque vel maximè in aëre experimur, qui calore solis, ac luce, terraq; frigore, specierumq; varietate, aliisque qualitatibus ab influxu siderū emanantibus continuò mouetur. Alteratione perfectior est motus localis, quem sibi præ reliquis inanimatis sidera vendicant, ut post ceteris inanimatis longè perfectiora. Ceterum inter ipsos meos motus locales magna varietas est; alijs enim sunt vitales, alijs non vitales, & his iterum illi perfectiores. Quare viventibus competunt; ita tamen, ut imperfectioribus, Plantis v. g. conueniat pariter imperfectior motus localis vitalis, qui nimirum exercetur in nutritione, quo attrahunt alimentum, & per reliquum corpus mouendo dispensant. Perfectior motus deinde conuenit Animalibus, progressiuue nimirum dixi perfectior, quia universalior. Angelis vero universalissimus motus debetur, ut modus operandi perfectissimus correspondeat perfectissimo pariter essendi modo, inter quos, & Bruta, cum medius sit Homo, quoad essentia perfectionem, de utrisque quoque motu, ac modo operandi participat: quod etiam in motu cognoscitivo & appetitivo imitatur, dum cum

A 2

Brutis

Brutis sentit, appetit, Phantasticatur, & cum Angelis vult, ac rationatur.

Patet ergo ab enumeratione supremum in simi attingere infimum supremi, & summa connecti infimo per media, & ut in omnibus ita vel maximè in rerum ordine omnipotenter optimi D E I Sapientiam esse admirabilem. Neque velim, mihi obijcas, gratis à me configi, generationem esse motum infimum localem verò perfectissimum, cùm potius contra generatio, utpote productio substantia videatur perfectior esse motu locali, qui pro termino habet ubicationē, in mea sententia ab ipso motu indistinctam; quid autem ei ubicatio comparata ad substantiam? Verum ut ratiocinem Philosophi Authoritatem s. Phys consideranti generationem esse puram habitudinem, & indigentiam alterius, tantum amabilem proprie terminum, apparet, parum perfectionis intrinseca accedere generationi, ex eo, quod sit productio substantia, prasertim cùm de ratione substantiali nihil omnino à termino suo participet; est ergo merè quid extrinsecum, per quod ratio intrinseca generationis non crescit; deinde etsi à termino desumenda esset perfectio, nondum cederet motus localis, qui ex genere suo esset perfectior, utpote habens pro termino Angelos, animam rationalem; hoc autem ad maiora-

tum

zum perfectionis sufficere à paritate formarum, & materia, ostendis posset. Disputari enim solet, an materia sit substantia imperficiissima; & omnibus formis substantialibus imperfectior, cōmuni responso apud P. Lynceum est, et si forma in specie materiā imperfectior sit, forsitan productibilis, cuius predicatione quidditatiua non equiualerent predicationis quidditatiua materia, simplicitati videlicet ipsius, incorruptibilitati, ingenerabilitati, &c. formam tamen ex genere suo perfectiorem esse materiā, quia inter formas, censetur anima rationalis, ad cuius perfectionem, quantumvis cresceret perfectio materia, nunquam posset assurgere. Par. igitur ratione motus localis vitalis tanta perfectionis est, ut motus generationis, augmentationis, quantumvis cresceret in perfectione, ad tantam tamen, quanta est, esse vitalem, nunquam audeant aspirare, excellentiam. Motus ergo localis, cum quia inter species suas vitalem quoque materiali numeris, cum quia omnium minime immutabiles possunt, est perfectissimus, certè ingenio perfectio est immutabilitas, ac immobilitas, & quo ens magis ab hac recedit, eo plus à DEO, & perfectione debeat: omnium autem maximè ab hac perfectione motus generationis, qui omnium maximè immutat possunt, mouendo illud substantialiter ad aliā

nimirum substantiam ; cum igitur moueri,
& mutari sint idem , evidens est , motum illū
ex conceptu suo esse imperfectissimum , qui plu-
rimū mutabilitatis secum inferendo , ma-
xime ab immutabilitate recedit , quod facit
motus generationis , ut declarauimus . Econ-
tra omnium minimè immutat subiectum , &
passum motus localis , qui prater suam enti-
tatem , quam affert passo , reliqua omnia re-
linquit immutata . Angelis ergo perfectissi-
mis agentibus competit medio motu locali ,
modo operandi perfectissimo , & uniuersalis-
fimo agere in externam materiam , non verò
motu alterationis , ac generationis , qui ob suā
imperfectionem materialibus tantum conne-
niunt entitatibus ; nec debuit hac virtus mo-
uendi imperfectior , Angelis formaliter indi-
quandoquidem iam eminenter praicontinetur
in perfectiore illa vi mouendi localiter , nec
debuerat suprema dirigere infima immedia-
tè per se , sed medio motu & influxu siderum ,
quibus Diuina Sapientia Angelos mundi re-
ctores prefecit , qui motis astris , veluti rotis
quibusdam magni huic , ac uniuersalis ho-
rologij . Mundi nimirum sublunarū , totum
hunc mundum , non tancum , quod quatuor
anni partes , aërisque alterationem , & terra
generationes , sed viventium quoque , Plantarū
ac Animalium , & Hominum eciam vi-
tam ,

tam, mortemque, valetudinem bonam, aut sinistram, passiones, ac cetera, sine prauidicio tamen humana libertatis iuxta ideam, quæ in DEO continuò contemplantur, rerumque naturam ab illa increata Idea participatæ, dirigerent; nisi ubi ipse motu supernaturali ordinem natura, iuxta potentia sua placitam, subinde non tam interuerteret, quam amabiliorum, excellentiorumque redderet. Hinc autem sequuntur, quas postmodum de natura inferemus, Conclusiones.

CONCLVSIO XXIV.

NATVR A est principium, & causa motus, & quietis eius, in quo est pri-
mò, & per se, & non secun-
dum accidens.

Expliatur: NATVR A est principium substantiale incompletum, passuum, vel actuum, alicuius operationis intrinsecæ, & sensibilis. Hinc materia prima, & forma sub-stantiales sunt natura, quia illa est principium passuum, actuum hæc, utrumque etiam sub-stantiale alicuius actionis, quæ est motus. terminus vero actionis est quies, quo obtem-

per modum quiescit agens, veluti sine suctus est autem aliqua saltem operatio, tam materialis, quam formæ sensibilis, atque intrinsecus iisdem, vel mediate, vel immediate per uniuersum Physicam. Ipsa porro *unio & subsistencia*, reliquæ partes suppositi substantialis, non sunt *natura*, quia non sunt principia, passim aut actuum operationis, sed conditionis tantum ad operandum pro priori requisitæ; ab aliquibus tamen, *natura ut quo*, appellari solent.

Cælum est *NATVRA* respectu sui motus circularis, nam licet nunquam quiescat, id est, nunquam in eodem loco moretur, aliquantulum quiescit tamen, id est, terminatur singulis instantibus ipsius vis mouendi aliquo termino, nouâ semper vibratione productâ.

Devs & Angeli non sunt *NATVRA* in sensu definito, licet enim sunt principia & causæ motus & quietis etiam sensibilis, hic tamen motus non est intrinsecus suo principio, ut patet.

ARS quoque, *natura* opposita, *natura* non est, quia non est principium substantiale suæ operationis, & totum compositum à plerisque excluditur à ratione *natura*, quia non est principium substantiale incompletum, afferente Philosopho hoc loco, c. 1. tex. c. 2. ubi postquam solam materiam, & formam *natura-*

ram

ram esse docuit, subiicit deinde: quod autem ex ijs est NATVRA quidem non est, sed NATVRA constat.

CONCLVSIQ. XXV.

*Datur SVBSISTENTIA quarta pars
suppositi, realiter à toto naturæ,
materiâ videlicet, unione, &
formâ distincta.*

Probatur è Mysterio Incarnationis; Est de fide totam quidditatem Humanitatis CHRISTI, atque naturam substantialern fuisse assumptam à VERBO, & personam Hominis non fuisse assumptam ab eodem, ergo non communicant omnia prædicata, ergo distinguuntur realiter. Antecedens ostenditur; nam alioquin in CHRISTO daretur persona distincta à persona HERBI, & duæ personæ, quæ est heres Nesterij, cuius error fuit in eo, quod non distinxerit personam à naturâ, teste S. Damasco & SS. Patribus.

A s CON-

CONCLUSIO XXVI.

SUBSISTENTIA est entitas modalis.

Probatur: Non est ens accidentale, aut negativum, aliquin totum suppositum inde resultans, accidentale foret, aut negativum, neque est ens substantiale absolutum, ergo ens modale.

Antecedens probatur I quoad primam partem. Ratio formalis, per quam aliquid denominatur, & est substantia, est id, per quod substantia formaliter differt ab accidente, sed id, per quod substantia formalis differt ab accidente, non potest esse accidens, sicut id, per quod *Homo* formaliter est *rationalis*, non potest esse praedicatum irrationalitatis, ergo ratio formalis substantiae non est accidens. Subsumo: arqui *subsistens* est ratio formalis substantiae, quae definitur *ens per se subsistens*, sicut *Homo* definitur, *animal rationale*; ergo tam parum *subsistens* potest esse accidens, quam parum *rationale* potest esse *irrationale*.

Probatur II, quoad secundam partem. Evidens est, quod denominatio *Ego scu me esse me* non sit denominatio, qualis est *Tu non lucidum,*

cidum, cæcum, &c. sed istæ denominationes sunt negatiæ, aut priuatiæ, ergo *Tè Ego aut me esse me* non est denominatio negatiua, sed positiva. Subsumo : atqui vltima actualitas denominationis, quâ ego dicor *Ego*, seu quâ tollitur differentiæ meæ naturæ, quæ est in-differens secundum se, ut assumatur à verbo, non est ipsa natura, *quia indifferentia* (ut iam sæpe diximus) non tollitur per indifferentiæ ; ergo illud prædicatum realiter à natura di-stinctum, quod vocamus *subsistensiam*, est vltima actualitas huius denominationis *Ego*, ergo *subsistensia* est entitas positiva, quia id, per quod *Ego sum Ego* formaliter, ostendenter est aliquid positivum ; præsertim cum id : per quod *Ego sum Ego*, sit aliquid à naturâ primariò intentum, quod proin debet esse aliquid substantiale, consequenter nihil negativum, & merè defectuosum ; nulla enim negatio, seu defectus per se intenditur à natura, sed de hoc paulò ante iam satis est dictam.

Probatur III. quoad tertiam partē : *Sub-sistensia* est pura habitudo, quâ tollitur indif-ferentia naturæ, atque adeo primariò tantum amabilis propter naturam, nam aliud quod-cunque prædicatum per se amabile gratis con-fingitur, atqui quod est pura habitudo, & quid primariò amabile propter aliud, est entitas modalis, ut patet ab Enumeratione, ergo *sub-sistensia* est ens modale. A 6 CON-

CONCLVSIONE XXVII.

ARS est habitus cum vera ratione effectivus.

Dividit potest in Artem *Increatam*, & *creata*, non quod Ars diuina propriè & formaliter sit habitus, sed eminenter, & sine imperfectionibus habitui connexis. Ars *creata* subdiuiditur in Artem *Angelicam*, & *Humanam*. Nam & *Angelus*, & *Hominibus* ineft habitus cum vera ratione effectivus. Habitū, inquam, aliquid efficiendi, in quoconque deinde hic consistat, de quo alibi, & quidem cum vera ratione, quæ verba innuunt, nulli irrationali, aut enti non rationali competere Ar- tem. Nam *vera ratio* duo complectitur Idæam videlicet, & actū intellectūs, per quem Artifex in Idæam respiciens, Ideæ similem in opus naturæ, quod præsupponit, proijciat ingenij sui partum.

Cæterum operis Artefacti natura est, in primis non esse factum sine Fine, seu insipiente. Secundò spectatorem inducere in admirationem ingenij, ac potentiae, aut etiam bonitatis artificis, à cuius verâ ratione, præcon-tinentiâ nimirum sua intentionaliter procedit.

Sic

Sic nemo prudens intuetur pulchrum ædificium, qui non continuò apprehendat finem, v. g. protegere homines ab iniurijs Cæli, &c. & in Architecti prorumpat laudes, cum hoc discrimine, quod opera Artis creatæ non manifestent necessariò sapientiam coniunctam bonitati, aut potentiam sapientiæ, ac vicissim, eò quod ob limitationem sibi congenitam, iam hac, iam illa carcat perfectione Ars, & Artifex creatus. Econtra quodlibet opus Artis diuinæ necessariò omnes tres illas perfectiones spectatori rationali eloquitur, ob illimitationem artificis, in quo ita essentialiter sunt sibi mutuò colligatae, ut non possit esse Sapiens cum defectu Potentiarum, nec potens cum indigentia Bonitatis.

CONCLVSIO XXVIII.

ARTI Create non competit virtus faciendi miraculum.

Probatur I. Opus artis supponit opus naturæ, iuxta Fund. V. De obiecto Logica in Conclusionibus nostris Logicis, res autem miraculosa est indebita naturæ, supra naturam, superans eius vires, ergo & ARTIS virtutem, ac sphærarum excedit.

Probatur II. *Ars creata* continetur *arte Angelicâ ac humanâ*, ut patet *Concl. XXVII.* præcedente, *Ars* porro *creata* nequit in rebus corporeis aliter operari, nisi medio motu locali, quo applicat actiua passiuis, ut *fund. X.* declaratum est; atqui medio motu locali applicare actiua passiuis, est operari iuxta natu-ram agentis applicati, ve nemo negat; ergo *ars*, *creata* non potest miraculum efficere: ergo neque *Angeli*, neque *demones*, dum quæ mirabilia apparent, efficiunt, miracula pa-trant.

Probatur III. Ex conceptu entis super-naturalis alibi referendo, interim scire iuuat, illud non esse miraculum, quod est mirum, tantum vni naturæ intellectuali v. g. *humana*, aut quod est præter ordinem vnius particu-laris naturæ, alioquin lapis in aerem projectus foret miraculosus, & fluxus ac refluxus mari, effectus item fulminum, quos miramur, & stu-pemus, essent miraculosi: miraculum ergo es-se debet ab solutè mirum, & simpliciter, nimi-rum comparatiuè ad omnem cognitionem creatam; cum autem *Angeli* saltem simili sumptis debeat totius naturæ huius vniuersi notitia, nihil in hoc mundo habere potest causam simpliciter occultam, atque adeo esse mirum. Subsumo: Atqui epis. ARTIS An-gelicæ, & humanæ supponit cognitionem Ange-

Angelicam, aut humanam, ergo nullum opus artis creatæ potest esse miraculosum, quia nullum præsupponit cognitionem rei simpliciter occultæ, qualis tamen esse debet cognitio miraculi, seu rei miræ, ut supponimus.

CONCLVSIO XIX.

*ARTI create non conuenit virtus
generandi substantiam, aut acci-
dens distinctum ab ubica-
tione.*

Colligitur è conclusione præcedenti, ijs-
démque fundamentis, magisque per se-
quentem Conclusionem declarabitur.

CONCLVSIO XXX.

*Opus ARTIS create est ubicatio
corporum homogeneorum, aut
beterogeneorum.*

Probatur ex fund. II. *ARS create nihil
potest facere nisi per motum localem, sed
effectus*

Effectus omnis motus localis est ubicatio, ergo *ars creata* nihil potest praeter motum localem. Maiorem suam loco cit, cuius rei ratio à posteriori, est manifesta experientia à partium enumerarione, quā manifestum est, omnes operationes *artis* humanoæ consistere in motu locali corporum non actiuorum in se mutuò, & ex harum ubicacionum variâ cōbinatione resultat figura, in qua pleræque sīstunt *artes Mechanicae*. Alia ubicatio est corporum actiuorum, & passiuorum, in quorum ubicacione non sīstit Artifex, sed applicando actiua passiuis, eorumdem effectum intēndit, uti solet fieri per Artes *Magicas*, & aliquas Artes *Mechanicas*. Ab Enumeratione ergo artium clarum est, opus *artis creata* esse ubicacionem corporum, per motum localem productam.

Ratio vltior à priori est, quia eūm Intellectus creatus tendat in obiectum, illud attrahendo, *Ars* autem consistat in intellectu, patet, vi *artis creata* non posse immutari immediate obiecta exteriora: nihilominus cūm intellectus creatus possit influere in voluntatis opus, cuius natura est exire ad obiectum, illique se coniungere, profectò debuit voluntati, vt hoc obtineret, subordinari potentia, quā mediante posset, se loco mouere, & ita obiecto amato, realiter absenti, coniungere.

Ecce

Ecce ratio à priori! cur agenti intellectuali nullus alius debeatur motus, quam localis, vicinus, posse esse intentionaliter obiecto, sibiq; per actum voluntatis iuncto, possit eiusdem realem quoq; possessionem accipere, sine qua illa priori æstimabilis admodum non foret, neque satisfactua, sed contemptibilis. Cùm ergo *A R S* creata formaliter habeatur per intellectum, ut patet ex eiusdem definitione, consequens est, *A R T I* competere vim, ac virtutem mouendi localiter, non vero immediate alterandi, generandi, augmenteandi, creandi, &c. quod erat declarandum.

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

Obicitur I. Non potest assignari effectus formalis seu officium, & munus, quod exerceat Subsistens respectu Naturæ, ergo subsistens nō erit aliquid realiter, sed tantum ratione distinctum à natura, ut pugnatur Henr. & Durandus, aliquique: vel erit ens negatum, seu purè exclusum alterius; ut assertit Scotus & Scotiltæ; aut ens postinum quidem, accidentale tamen iuxta opinionem Henrici, & lauelli; aut denique saltem non erit

erit ens modale, iuxta sententiam Arriaga,
& aliorum.

Respondeo, effectum formalem subsistentia esse completere naturam, cuius incompletio nobis innotuit à Mysterio Incarnationis. Hinc porrò nascitur pradicā negatum, excludere videlicet omne aliud suppositum, & ab alio supposito hanc naturam separare. Ad cetera, qua in obiectione adferuntur, patet responsio è conclusionibus praecedentibus.

Obijc. II. Ex allata definitione Natura sequitur, D E V M non esse Naturam, quod tamen est falsum, quia C H R I S T V S componitur ex Natura Diuina & Humana, ergo D E V S est Natura. Respondeo rectè à P. Manu-
ro aliisque Naturam diuidi tripliciter, aut etiam quadrupliciter, videlicet iuxta sen-
sum latissimum, quo omnis substantia est Na-
tura Secundò in sensu lato, quo dicitur prin-
cipium substantiale alicuius motū & quie-
tis, etiam insensibilis, prout Angeli quoque
sunt Natura. Denique in sensu stricto & pro-
prio, quando nimis accipitur pro princí-
pio Substantiali motū sensibilis tantum, iux-
ta definitionem in conclusionibus supra alla-
tam. Hinc autem iam claram est, in quo sen-
su D E V S sit Natura.

Obijc. III. Si daretur Corpus substantia-
le immobile, & immutabile, utique esset Ná-
tura,

tura, nec tamen foret principium ullius motus, et ipso quod ponatur immobile, ergo definitio Naturæ à Philosopho tradita non conuenit omni definito. Respondeo, negando casum, videlicet huiusmodi corpus esse possibile, quia immobilitas, seu immutabilitas est perfectio repugnans limitationi creatura, competit soli diuina illimitationi, ex cuius Aseitate prouenit esse immobilem, cum enim Deus Gloriosus non limitetur ab alio, & nihil seipsum limites, ideo non est mobilis ad perfectionem, cum omnem perfectionem presupponatur habere; sed neque potest moueri à perfectione illam perdendo, eandem ob causam. Econtra omnis creatura cum sit ab alio, ex conceptu suo est mobilis, & quia nulli enti creato competit Immensitas, Aeternitas, vel omniscientia, ideo ens creatum quod est limitata in scientia, est perfectibile per eandem, & quia esse in loco, esse in tempore sunt predicata corporis transcendentalia, ideo omne corpus est perfectibile, quoad hoc predicatum, mobile, & mutabile: ergo implicat contradiccionem corpus substantiale immutabile.



DE

DE CAVSIS IN COMMUNI.

Sicuti, antequam de principijs in specie disputauimus, aliqua, quæ singulis communia sunt, præmisimus; ita nunc quoque, priusquam naturam, & conceptum cuiuslibet causæ in specie explicemus, in genere præmitendum est, ad meliorem reliquorum intelligentiam, quæ omnibus, & singulis, aut plerisque saltem, communia sunt; uti est ipse conceptus, ac *definitio cause in communi*, prioritas, ac deinde in specie prioritas naturæ, & similia.

FUNDAMENTVM XL.

PRIVS est, quod in certâ seriè propinquius est primo.

Ita quoad sensum Philosophus l. 5. Met. c. 11. Declaratur per enumerationem. v. g. in aula ille est prior dignitate altero, qui dignitate propinquior est principi; in schola

Ita ille est loco prior altero, qui est propinquior Regi: in Vniuerso, illud est superius altero, quod est supremo, Cœlo videlicet Empyreo, propinquius; in numeris ille numerus est prior, qui proprior primo, videlicet unitati. Breuiter: in omni genere id, quod additur alteri, est posterius, id, ad quod additur, est prius; sic syllaba sunt priores vocabulis, & posteriores litteris, quia syllabis adduntur voces, ipsa vero syllaba accedunt litteris, sic Conclusio est posterior premissis, quibus additur, & premissa sunt posteriores primis principijs, e quibus deducuntur, & quibus consequenter adduntur, & accedunt.

Verum, quia quando unum alseri additur, comparatiuè ad aliquod primum, eo ipso componunt seriem, ideo omnino evidens est, quod illud sit prius altero; quod in certa serie proprius accedit primo. Vnde posterius erit, quod in certâ serie remotius est à primo, simul autem erunt, qua aequaliter distant à primo. Et ex hoc conceptus generico, per opporenè eiuslibet prioritatis in specie, conceptus specia-
litudinæ potest, ac debet, ut mox declarabi-
tur.

P R I V S itaque tempore est, quod in serie durationum propinquius est prima duratione. Dics v. g. hodierna est prior die crastina, & posterior die hesteræ, quia hodiernus dies accedit

accedit in serie durationum hesterno. Idem propinquior est prima durationi, quam sit dies crastinus, ergo est prior crastino, & posterior hesterno.

PRIVS perfectione & dignitate simpliciter est, quod in serie perfectionis Physica propinquius est perfectioni pura, qua est principium omnis perfectionis, & ipse **DEVS** gloriosus; licet autem singula creatura infinitè distent in perfectione à primo ente, & propterea in hoc sensu nulla altera eidem propinquior sit, quia tamen una plures, quam altera participat perfectiones, ideo quoqz sub hac cōsideratione una altera actui puro imitatione plus appropiat. Hac ratione Angeli sunt priores hominibus, & Homines brutis, & bruta plantis, & plantæ mixtis inanimatis, & hac elementis, & forma elementares priores sunt materiâ primâ, que quia remotissima est in perfectione à primo ente, ideo omnibus posterior, ultimum in genere substantia dignitatem locum occupat: Idecirco forsan, satis quidem lepidè, & non sine aliorum risu, ac sugillatione, subtilius Perezius materiam primam mundi caudam appellavit.

PRIVS est origine, quod in genere influendi, quocunque modo, non additur alteri, sed è contra aliud illi accedit. Sic **PATER** eternus est prior origine **FILIO**, quia non additur

additur FILIO, sed FILIVS additur PATER: deinde quod est in omni genere primum, utique eminenter est prius omni alio, atqui PATER æternus est principium in omni genere, ergo est prior, & FILIVS est prior origine SPIRITV Sancto, quia propinquior est primo principio, nempe PATER in genere influendi quomodo cunque, & SPIRITVS Sanctus additur FILIO.

PRIVS per subsistendi consequentiam est, quod in serie illationis, per subsistendi cōsequentiam proprius est primo. Quid sit subsistendi consequentia magis declarabitur ad obiectionem V. de causa materiali & formalis. Homo v. g. est posterior animali, & omnis species est posterior genere, quia animal, & omne genus magis accedit ad primum, videlicet gradum entis supremum.

Non quidem diffiteor genus iuxta aliam seriem esse etiam posterius specie, ac individuo, nimirum attendendo sensus, & in serie obiecti perceptibilis per sensus, primum sunt accidentia, à quorum sensibilitate, quod magis aliquid recedit, eò posterius est, unde cùm gradus entis omnium minimè sis sensibilis, ultimum, & postremum locum occupat in hac serie. Longè aliter se res habet in genere intelligendi; nam cùm gradus entis sit sphaera potestia intellectus, dum quidquid intellectum subit,

subit, debeat effeens, adeoque sicut visibilis
tas coloris est ratio formalis, & sub qua color
oculum subit, ita gradus entis est ratio for-
malis, & sphara potentia intellectiva, atque
principium in genere intelligendi. Quare
cum gradus genericus sit propior gradu entis
quam specificus, extra controversiam sit, ne-
cessum est, illum hoc esse priorem. quod eadem ex
causa de gradibus genericis inter se compara-
tis locum habet, videlicet gradum substantiae
esse priorem gradu corporis, & hunc gradu
viuentis, & gradum viuentis esse priorem
gradu animalis.

Deniqz PRIVS natura est, quod, in certa serie
actionū propinquius est prima actioni. Certiē
porrè est, actionem productivam cause, vel es-
se primam, vel accedere proprius ad primum
in actionum serie; Quandoquidem actio pro-
ductiva effectus additur illi, & non econtra,
presertim in mea sententia identificante a-
ctionem cum duratione, unde sicut clarum
est, durationem sequentem addi praece-
di, & non vicissim; ita omnino clarum est,
actionem, que ponit effectum, addi illi alteri,
que ponit causam, quam ob identitatem cum
duratione essentialiter respicit, nec tamen
vicissim respicitur.

Ecce ergo explicauimus imprimis concep-
tum prioritatis in genere, cui subiunxius
cuius-

eniuslibet prioritatis in specie conceptum; unde demum apparet prioritatem naturæ, quod ab aliquibus controuerti solet, in actione fundari. Ex quo inferius deducemus, prioritatem naturæ ab aliquo R. in Concreto rectè descriptam fuisse, quod nimis illud sit prius naturâ, quod inter duo per actionem cōnexa per pauciores actiones existit. Econtra illud natura posterius esse, quod per plures actiones accipit esse. Qui modus loquendi mihi præceteris arridet, ut pote præsenti doctrina, ac fundamento omnium maximè conformis, sed de hac re plura inferius.

CONCLVSIO XXXI.

CAVSA PHYSICA est principium dans esse limitatum.

Bonitas huius definitionis suadetur I. quia excluditur per eam clarè *PATER* aternus, à ratione causæ, qui non dat esse limitatum, *FILIO*, sed esse illimitatum, indefectibile &c. ob identitatem realem cum Natura Diuina. II. Non conuenit conditionibus, hæc enim non dant esse effectui, quia nulla est perfectio effectus, quam in se actu, vel potentiâ præcontingente communicent, sed de-

B

ter-

terminant tantummodo alias entitates, & veras causas, ut perfectiones, quas continent, extra se effundant, v. g. *approximatio ignis ad lignum*, non dat esse *flamme*, quae producitur, sed determinat *ignem*, ut communicet perfectionem limitatam, seu esse limitatum alteri. III. Denique conuenit quatuor generibus causarum, & declaratur: imprimis causæ intrinsecæ sunt principia totius cui dñ suas entitates communicant, dant toti perfectionem limitatam. Deinde causæ extrinsecæ *Finalis*, *Efficiens*, & *Materialis*, sunt principia alicuius, ut est extra controuersiam, & *causa efficiens* quidem dat esse limitatum, quod actu præcontinet, *Finalis* ppteræa, dum mouet *efficientem* sua bonitate ad operadum, dat esse limitatum suo modo effectui. *Materialis* etiam causa idem esse, quod dat *efficiēs*, dat & ipsa effectui, cum hoc tamen discrimine, quod *causa Efficiens* actu præcontinet illas perfectiones, *Materialis* ē contra potentiam suam, quod postea melius declarabitur.

Hinc iam facile mibi est virtutem causandi definire, quæ triplex distingui potest, latè, strictè, propriissimè accepta. In sensu quidem propriissimo, & strictissimo coincidit cū causa physica Efficiente, proinde eadem est veriusque definitio, ut videbimus suo loco. In sensu lato includit præter materialē, etiam cau-

causam finalē, & definiri potest, principium
priori naturæ existens dans esse limitatū
alicui; nam etiā causa finalis secundum esse
reale non presupponatur ad effectum, spectan-
do tamen esse intentionale, per quod influit,
tenet sc̄ pro priori naturæ. In sensu autem tri-
ecto, quatenus competit causis, tantum causan-
tibus secundum suum esse reale, addi debet,
quod virtus causandi sit principium pro priors
natura realiter existens &c. cæterūm defini-
tionem datam non conuenire conditionibus,
clarum est ex supra dictis; *Decretum Diuina-
num quoque*, quatenus virtualiter à Deo di-
stinctum, est mera applicatio omnipotentiae
diuinæ, & propterea non dat ipsum esse effe-
ctui, quod quā tale præcontineat actu, vel po-
tentia; *cognitiones* respectu actuum voluntati-
s, alibi docebimus, esse eorum causas physi-
cas: dant enim his maiorem intensiōnem, clari-
ritatem &c. quam præcontinent, adeoque nō
est, cur à ratione cause excludantur, præser-
gam cū Philosophi sit conditiones puras, &
quantum fieri potest, è rerum natura
exterinato, ob rationes suo
loco afferendas.

•6)0(6•

CONCLVSIO XXXII.

*Quadruplex est genus CAVSÆ
PHYSICÆ.*

Videlicet *Causa Materialis*, tam intrinseca, quam extrinseca; *Causa formalis* intrinseca iterum, & extrinseca, seu *Idæalis*; *Causa Efficiens*, *Causa Finalis*.

Probatur ex definitione fundamento præcedente dictata. Suadetur præterea authoritate Philosophi, quem communiter omnes sequuntur, qui z. *Ph. sex. 68.* ait causam esse, quā quærimus per quæstionem, quā omnes naturaliter mouemur, cùm dicimus, propter quid, seu, cur res est, ad quam quæstionem cùm responderi possit, ac debeat per unum genus ex enumeratis, constat diuisionem à nullo alio capite defectuosam, bonā esse, & defendendā,

CONCLVSIO XXXIII.

ACTVS PRIMVS PROXIMVS est aggregatum omnium eorum, que proprietate naturæ requiruntur, ad productionem effectus.

Ex hac definitione patet I. *Causam Physicalm*

ſicam, id est, ipsam virtutem causandi esse partem actus primi proximi, quia requiritur priori, & ponitur immediatè in definitione, implicitè saltem, intelligitur enim sub nomine aggregati. Quod verò ponatur immediatè, clarum est, quia non ponitur mediata, cùm non sit terminus ullius respectus transcendentalis in definitione expressi.

Patet II. *Conditiones quoque esse partes constitutivas actus primi proximi. Probatur: omnia illa, quæ ponuntur pro priori ad productionem effectus, ingrediuntur allatam definitionem, sed non ponuntur mediata, ergo immediata, ergo sunt partes actus primi proximi constitutæ.*

Patet III. *Decretum Dicitur concurrendi ad effectum esse partem eiusdem actus primi proximi. Sequitur ex eodem fundamento, & definitione partis.*

Patet IV. *Actionem effectus productivam, non esse constitutivum actus primi. Probatur: Illud non est pars eiusdem, quod in eius definitione tantum mediata ponitur, videlicet ut terminus alicuius respectus in definitione expressi, atqui productio effectus ponitur tantum mediata in definitione; nam rō ad significat respectū transcendentalē actus primi proximi ad ipsam effectus productionem; ergo actio productiva effectus non est pars actus primi.*

primi proximi, sed connotatum extrinsecum.

Patet V. *Negationem impedimentorum inaufferibilem per actum secundum esse partem actus primi proximi, econtra negationem impedimentorum per eundem afferibilem non esse partem eiusdem, ob eandem videlicet rationem, ob quam actio productiva effectus excluditur à ratione partis actus primi constitutuæ.*

CONCLVSIONE XXXIV.

P R I V S NATVR A est, quod in certa serie actionum propinquius est primo principio.

I Llud porrò est propinquius primo principio in serie actionum, quod in illa serie per pauciores actiones accipit existentiam. Haud aliter quam illa duratio propior est primæ durationi quæ in serie durationum numerat, ac respicit pauciores ante se, quam illa, quæ in eadem serie plures præsupponit.

Fundamentum huius conceptus prioritatis naturæ habetur apud Philosophum 4. Met. c. II. ubi ait: *priora, & posteriora dicuntur.*

vno

uno quidem modo , tanquam aliquo primo principio in quoconque genere existente, quod propinquius est principio cuiusdam determinatio-
ni. Vnde sic licet arguere : illud est prius in quoconque genere prioritatis, quod propin-
quius est primo in illo genere, ut clare docet Philosophus, & fusè explicatum est Fund. XI.
Sed quod inter duo , quoad existentiam con-
nexa, per pauciores actiones accipit existen-
tiam , magis accedit ad primum earundem
principium , ad causam primam videlicet, er-
go quod inter duo per actionem connexa per
pauciores actiones existit , est prius natura
altero.

Hinc autem colligitur I. Deum esse emi-
nenter priorem natura omnibus creaturis,
dum habet, & accipit esse à semetipso, & con-
sequenter in serie actionum propinquior est
primo, quam omne aliud ens, cum sit per iden-
titatem primus , atque adeo propinquissimus
primo.

II. PATREM in Diuinis non esse prio-
rem natura FILIO, neque hunc SPIRITU
sancto , quia nullus est propinquior primo,
cum quilibet sit essentialiter primus, per iden-
titatem cum Natura Diuina.

III. Causam efficientem , & materialiem

actionem, à qua ipsæ causæ non denominantur accipere, sed dare existentiam, ideo utraque accipit existentiam per pauciores actiones, & consequenter est propinquior primo principio in serie actionum, & eorum, quæ per actiones, quoad existentiam, sunt conexa.

IV. Causæ intrinseca, & causa finalis ut quod, non sunt priores naturâ suis effectibus. Illæ quidem, quia non connectantur per actionem cum Toto, cuius sunt causa, eo ipso quod tantum inadæquatè realiter à Toto distinguuntur, cum actio physica supponat adæquatam distinctionem effectum inter & causam. Hæc verò quod non sit connexa cum suo effectu per actionem, quoad existentiam realem, sed intentionalem tantum, ut suo loco videbimus.

V. Actio effectus productiua non est prior naturâ effectu, sed est ipsa prioritas, & posterioritas naturæ sub diuerso quidem respectu; nam prout respicit causam dantem effectui existentiam, est prioritas naturæ, quia sub hoc conceptu formaliter causa fit propinquior primo principio in serie actionum. Econtra quatenus respicit effectum, ut accipientem esse à causa, est posterioritas naturæ, quia sub hoc conceptu effectus fit formaliter remotior à primo principio in serie actionum, dum per plures

plures actiones accipit existentiam, quām
causa quantumuis necessaria, & essentialiter
alligata actioni productiæ effectūs, quæ per
illam actionem semper adhuc respicitur ut
dans, & non ut accipiens existentiam

CONCLVSIO XXXV.

Repugnat mutua CAUSALITAS.

Item:

*REPRODVCTIO tam immedia-
ta, quām mediata sui ipsius.*

Probatur I. Ex conceptu Prioritatis na-
turæ recens explicato: Si daretur mutua
causalitas inter causas includentes prioritatē
naturæ, tunc idem esset propinquius primo,
in serie actionum, & non esset propinquius
primo, sub eodem ordine, ac respectu. Item
existeret per pauciores actiones, & non exi-
steret per pauciores actiones; ergo repugnat.
Ant. est certum, si enim A est prius natura B,
tum debet existere per pauciores actiones,
quām B, existat ergo per actionem F: B con-
tra necesse est, ut existat per plures, existat er-
go per actiones F & G. Hoc posito: si B vici-
sim

Si m̄ est est prius naturā ipso A, debet B existerēre per pauciores actiones, quām A, sed cūdenter implicat, vt duo sint pauciora quām vnum, ergo cūdenter implicat, B fieri prius naturā quām A, si A ponatur prius naturā ipso B. repugnat ergo cūdenter prioritas naturae quoad primam eandemque actionem; siue deinde sit in eodem genere causandi, siue in diuerso, vt cūdens est consideranti.

Probatur II. D̄s ad ponendum effectū B mouetur ab existentia ipsius causæ, & conditionibus prærequisitis, dependenter à scientia visionis de existentia carū, vt supponimus, ergo inter effectus mediatos, aut immedios nō potest esse causa, vel conditio. Consequentia est certa, si enim D̄s mouetur ad ponendū B, quia existit A, implicat vt moveatur, vel mediatè, vel immediatè, ad ponendum A, quia existit B, quod existit dependenter ab existentia ipsius A, moueretur enim ad ponendum A, quia est positum A, vellet existere A, quia existit A, quod nemo nisi fatuus velle potest.

Confirmatur: D̄s v̄ sapientissimus non potest ineptire in rerum productione, ergo repugnat mutua causalitas. Consequentia probatur: nugatorius est circulus, quo querenti mihi quare dies est, respondes, quia Sol luctet; & rursus interroganti, quare Sol luctet, rursum das præresponso, quia dies est; sed si datut mutua

tua causalitas in rerū natura ,tum hic ipse circulus ritiosus committitur, dum A existit, quia existit B, & B existit, quia existit A : ergo aut Deus sic operando ineptiret, aut inceptus pariter non erit circulus intentionalis, quem tamē ridiculum esse, omnibus evidens est, & à natura inditum.

Probatur III. Quidquid est prius natura effectu, constituit actum primum proximum, ad ponendum effectum , sed nullus effectus potest cōstituere suam potentiam proximam, ergo nullus effectus potest esse prior natura scipso, & consequenter repugnat mutua causalitas. Minor probatur: nullum contingens, & defectibile existit vi propria etiam inadæquatè tantum, quia hoc repugnat limitationi creature, ergo nullus effectus potest constituere potentiam proximam , & virtutem producendi scipsum. Confirmatur: ex terminis evidente, quod per ambulationem nō possim acquirere pedes, in eo instanti , in quo ambulo , neque auis per volatum acquirit alas, aut videns per visionem oculos , ergo uniuersum nullus effectus potest esse utilis, & conducens ad positionem suæ causæ in eodem instanti.

Hinc porrò habetur I. repugnare omnem mutuam causalitatem immediatam, v.g. vt A causet B, & ab eodem per eandem actionem in eodem causetur instanti. II. Repugnare quo-

que mutuam causalitatem mediatam. v. g. quod A producat C, & C producat B, & B producat ipsum A. quia æquè absurdum est, vt ego acquiram per effectum ambulationis pedes meos, quam per ipsam ambulationem; deinde D i x v s moueretur ab existentia ipsius A iam præuisâ, ad eandem ponendam, quod est inceptum; & denique daretur duplex actio totalis, quam simpliciter repugnare, postea concludemus. III. Repugnare pariter, duas causas productas à tertia, se mutuo causare. v. g. A & B à D^o producta, per alias actiones se inuicem pròducere, quod alij alijs verbis proponunt, dum negant fieri posse, vt aliquid se mediatur. aut immediate reproducere possit. *Immediatè* quidem se produceret, v. g. si A existens per actionem A, produceret se ipsum per actionem B, nullo alio interveniente effectu ab A distincto, in quo casu eidens est, actionem B esse essentialiter, & pro omni casu superfluam, dum officium quod deberet præstare, essentialiter præsupponit factum. *Meditatè* se reproduceret A, si hoc produceret B per actionem B, & vicissim B per actionem C daret existentiam eidem A. in quo casu iterum clarum est, alteram actionem saltem naturaliter esse superfluam; imo in meis principijs de identitate actionis cum duratione, & huius cum relatione, ad omnes durationes priores, est essentialiter

tialiter superflua, quia actio, ob identitatem cum relatione posterioritatis, respicit essentia-
aliter actionem B, & illam actionem A, per
quam existit primò ipsum A, consequenter a-
ctio reproductiva C esse aliter presupponit
existentiam ipsius A, adeoque officium suum
semper inuenit ab alio iam factum, quod est
esse essentialiter superfluum.

CONCLVSIO XXXVI.

*Repugnat duplex ACTIO TO-
TALIS.*

Probatur: ideo repugnat miraculum de-
turpativum naturæ, quia dedecet Deus v. M.
sapientissimum Artificem agere sine fine; sed
facere opus superfluū, est operari sine fine, er-
go &c. Neque dicas, dedecere diuinam Sapi-
entiam solummodo opus essentialiter super-
fluum; nam ideo dedecet Deus ens essentialiter
superfluum, quia dedecet, cum nullum
habere operationis uæ præfixum finem, sed e-
tiam, quando opus tantum naturaliter, ut ad-
uersarij loquuntur, est superfluū, iam Deus o-
peratur pro illo instanti sine fine, ergo pariter
pro illo instanti dedecet.

Confirmatur: opus carere fine simpliciter

est indecorum operanti, & temporis diuturnitas tantum auget, non immutat simpliciter, neque temporis breuitas simpliciter tollit, sed imminuit solummodo decentiam, ergo siue opus sit pro omni tempore, siue pro unico tantum instanti superfluum, & carens fine, iam repugnat Sapientiae infinitae.

Deinde, iuxta mea principia de relatione, alterutra actio totalis est essentialiter superflua; quia dum coexistunt per respectum intrinsecum, repugnat una dari, & non ponis simul alteram, adeoque pro omni casu una facit, quod altera, & ideo de utraque verificatur, eam esse essentialiter superfluam. Quod non tantum de duplice actione totali causae efficientis, sed materialis quoque & finalis, ac materialis etiam intelligi volo, quandoquidem, ut mox docebo, una eademque actio sub diverso respectu est harum omnium causarum causalitas in actu secundo; proinde si repugnant duae actiones totales causae efficientis, repugnabunt etiam in genere causandi finaliter, &c.

Demum implicat, rem accipere ab altero id, quod aliunde iam habet sufficienter, & sequitur ex predictis, praeterquam quod ex terminis satis clarum esse videatur, quomodo enim accipiet aliunde quod iam habet. Atqui effectus habet esse sufficienter per actionem A, ergo non accipit illud per actionem B, ac vice versa.

CON-

CONCLVSIO XXXVII.

CAUSALITAS IN ACTU SECUNDO causarum extrinsecarum est ACTIO.

Probatur: Officium causalitatis est, facere formaliter, ut effectus dependeat ab hac causa determinata, seu, tollere indifferentiam effectum inter & causam, & ponere eum dependenter ab hac causa; & quod idem est, formaliter addere effectum cause, seu facere naturā posteriorem. Atqui actio Physica est positio effectus, dependenter à determinata causa efficiente, & causā materiali, ac finali determinatā, ergo respectu omniū causarum extrinsecarum eadem indiuisibilis actio est causalitas in actu secundo, & quidem in quantum respicit causam efficientem, et demque connectit effectui, absolutè dicitur *Actio*, in quantum verò respicit causam materialē, *Passio* appellari solet, in quantum denique habet respectum sibi identificatum ad esse intentionale cause finalis, seu cognitionem finis, *motio* appellatur. Neque hos respectus gratis singimus; nam respectu cause efficientis est res certa, indifferentia effectus,

&

& causæ tolli debere per aliquid superadditum, non indifferens, adeoque utriusque indubiliter respectuum. Idem argumentum procedit circa causam materialem, eiusdemque effectum, ac causam finalē quoque suo modo intentionaliter existentem; nam aggregatum ex actione Physica, ac intentione efficaci, aut imperio, quorum singula iuxta aduersariorum principia sunt indifferentia ad hoc, ut effectus, qui non est actus voluntatis, dependeat ab hoc fine, tam parùm tollunt indifferentiā, quam parùm causa efficiens eiusdemque effectus sine superaddita actione sufficient ad determinandum, ut hic effectus ab hac potius, quam alia causa procedat: dicere autem decretum esse partem causalitatis finalis in actu secundo, præterquam quod sit aliquid ex mera necessitate quæsumus, & præterea non satis designari possit obiectum huiusmodi decreti, & decreta Dei, ut patet ab enumeratione aliarum denominationū, non formaliter, sed radicaliter tantum tollant indifferentiam, non placet. Quare longè certius est Diuinam Sapientiam prouidisse nexum universo creato intrinsecum, qui indifferentiā causæ finalis ad suum effectum determinaret, quem cum actione Physica identificamus; præsertim cum huic aliunde, ob identitatem viae dicitur cum relatione, & duratiōne, sit essentialis.

tialis respectus ad quasuis durationes priores,
& consequenter ad durationem quoque cognitionis de bonitate finis, siue deinde cognitio sit distincta à sua duratione, siue indistincta

Cæterum quod de causalitate causæ finalis dixi, eam videlicet non distingui realiter ab actione, idem sentio de causalitate causæ moralis, videlicet eam adæquate idētificari cum actione causæ Physicæ, & fundari in respectu essentiali ad causam moralem, & in meis quidem principijs de relatione res difficultatem non habet? distinguitur ergo causalitas causæ moralis à reliquis non realiter, sed formaliter tantum, prout nimirum diuersus terminus actionis est diuersum fundamentū ipsam actionem Physicam iam explicandi ad entitatem causalitatis moralis, iam ad entitatem causalitatis efficientis, modò ad entitatem causalitatis materialis, aut finalis.

Hoc notare insuper hic placet, Nominalistæ autores de aggregato relationis, tam acriter hoc loco decertare, pro nexu indiuisibili effectum inter, & causam, etiam moralem, qui tollat indifferentiam utriusque, adeo ut ipsum Dñi decretum velint esse partem constitutuam causalitatis in actu secundo causæ moralis & finalis, quandoquidem actio secundū ipsos indifferentes ad causam moralem non sat

tis

etis tollit indifferentiam. Sed nunquid esse causam, praesertim moralem est denominatio extrinseca, & moralis seu totum Logicum, quare ergo alibi distinguunt inter tota Logica, & Physica, & in his volunt valere axioma: *indifferentia non potest tolli per indifferentiam*, non verò in illis? vel igitur hoc quoque loco per actionem indifferentem potest falluari aggregatum ex causa morali & ipsius influxu, ac simultaneis durationibus, aut nunquam. Deinde mirum est, quām Aduersarij se torqueant, ut explicitent, quomodo decretum D 2 i possit esse constitutivum causalitatis moralis. Sic enim obijcio I. Si decretum D 2 i potest esse pars causalitatis causae moralis, tunc poterit per idem decretum influere causa Physica, non quidem tanquam causalitatem adæquatam, sed partialem, ita ut actio non modalis sit altera pars causalitatis adæquatæ. Quā ratione iterum eliminabimus entitatem modalē è Philosophia, quod semper fieri debet, quando sive præiudicior Sapientiae Diuinæ fieri potest. I. dicit alius causalitatem causæ efficientis consistere in decreto D 2 i, & duplice duratione seu coexistencie causæ, & effectus, ita ut duratio indifferens effectus sit id, per quod vltimò habetur hoc, quod est, effectum dependere ab hac causa, & hæc omnia confirmabit à partate

tae causalitatis causæ moralis. III. Decretum Dæi vel est causa moralis, vel causa Physisca actionis illius, quæ est compars causalitatis moralis. Si secundum: ergo actio essentialiter respicit decretum, quod Aduersarij negant. Si primum: ergo Decretum Dæi est prius naturæ actione, & non est prius natura, est prius, utpote causa actionis saltē moralis, & non est prius, utpote compars eiusdem, neque satis est, dicere, id fieri sub diuerso respectu, quia, in eodem ordine & respectu, eidem primo principio esset propinquior actio, & non esset, quod repugnat. Accedit, quod si decretum Dæi sit causalitas causæ moralis, & saltē pars illius, decretum Dæi sit posterius causæ morali, quia illo, per quod causa est prior naturæ, illo inquam, est quoque prior cādē prioritate, sed causa moralis est prior effectu per decretum, ergo est etiam prior decreto. Maior est certa ab enumeratione omnium, quæ non sunt in questione; quare si Aduersarij distinguant, in causis Physiscis efficiente & materiali concedo, causa finali & morali nego, petunt principium. Minor est ipsorum, consequentia concedi non potest, quia posterioritas naturæ inuoluit defectum, qui in Decretum Dæi cadere nequit; sicut ob eandem rationem FILIVS individualis, non est effectus, aut posterior PATERE. Præterea illo,

illo, quod est primum per identitatem cum primo principio in serie actionum, non potest quidquam excogitari, propinquius, quare nihil creatū potest esse prius naturā ipso Decreto.

Denique mihi semper certum est, causalitatem in actu secundo tam parūm posse esse perfectiorem causalitate in actu primo, ipsaque causandi virtute, quam parūm effectus potest esse perfectior sua causa, quomodo igitur Decretum Dei erit causalitas in actu secundo, aut pars illius comparatiuē ad causam moralem & finalem; deinde incredibile mihi semper erit, Decretum esse partiale exercitiū cuiuscunq; causæ creatæ, nam quod Aduersarij distinguunt inter causam moralem & Physicam repetunt, quod est in controvērsia, & adhuc in causa finali soluendum est; saltem difficile erit, se extricare, cur non causæ materialis extrinsecæ partiale exercitium & causalitas in actu secundo possit constitui in Decreto.

SOLVVNTVR OBJECTIONES.

 *Bijc. I. Si actio connectitur essentialiter cum causa morali, & consequenter etiam*

etiam cum Decreto DEI, tunc cognitio indifferens prærequisita ad actum liberum, utpote identificata cum actione sui productiva essentialiter respiciens Decretum DEI prædefiniens actum bonum, & consequenter huiusmodi cognitio indifferens, utpote mediata, essentialiter, & determinatè connexa cum actu bono, & ingrediens actum primum proximum causa libera, euertet eius libertatem, quae definitur, causa, omnibus priori natura positis, potens agere, & non agere. Respondeo in primis, si supponamus sententiam Theologicam de actibus DEI liberis, quod complantur per aliquid extrinsecum, & dicamus cognitionem indifferentem procedere à Decreto indifferenti, ipsum, qui hoc obicit, Adversarium faceri, expeditum fore negotium. Secundò dices alius: ipsum Decretum prædefiniens non tollit libertatem actus prædefiniti, ergo nec id, quod connectitur cum Decreto, sine dein ponatur ex parte actus primi proximi, aut non, quia si impediret libertatem, deberet id oriri ex nexu cum Prædefinitione, sed inde non oritur, quandoquidem prædefinitione eam non euertit, consequenter nec id, quod est connexū cum prædefinitione. Si dicas: poni ex parte actus primi proximi, & inferre effectum determinatum, tollit libertatem, ergo licet decretum prædefiniens non tollat, tollet

let tamen cognitio indifferens connexa cum
Decreto, & posita ex parte actus primi pro-
ximi. Respondebit distinguendo: ponere ex
parte actus primi proximi; & esse connexum
immediate cum effectu determinato, collit li-
bertatem, concedet; ponere ex parte actus pri-
mi proximi, & esse connexum mediately cum
effectu determinato, subdistingue: si hoc me-
dium collat libertatem, concedet iterum an-
secedens, si hoc medium non euersat liberta-
tem, quale medium est Decreto pradefini-
ens negabit aut. & consequentiam. Taceo a-
liam adhuc responsonem ad eandem obiectio-
nem, quam ipso reservo disputationi.

Obijc. II. Possunt plures equi coniuncte
trahere currum, quorum quilibet seorsim suf-
ficeret. Item pondus, quod satis sustineretur
ab uno fune, potest pendere a duobus. Item
possum peregrinari Romanam, tum curiositatis,
tum deuotionis causa, ita ut quodlibet mo-
tinum ex se sufficiat ad mouendum. & sic de-
alijs; ergo etiam naturaliter possunt duo
causa totales ad eundem effectum concurrere.
Respondeo, concessso aut. distinguo consequens:
dua causa totales in actu primo, id est, tales,
quarum qualibet seorsim adiquate praconsi-
nos effectum, possunt in eundem effectum in-
fluere, concedo: duacausa totales in actu se-
cundo possunt interficere, id est, per actiones te-
cates

ales, quorum videlicet qualibet, altera etiam ablatâ sufficiens est, ad ponendum effectum, nego consequentiam. Exempla autem illata nihil probant de duplice actione tota-
i, seu de duplice causa totali in actu secundo,
id in actu primo duntaxat. Dicendum igitur unam, eandemque actionem productivam
factis in tali casu omnes equos respicere, &
indem peregrinationem, utrinque cogni-
tionis, unus videlicet de bonitate deuotio-
is, & alterius de bonitate curiositatis, esse
spectinam.

Obijc. III. ex Philosopho 2. Phys. tex. 13.
Incur mutua causalitas inter finem, & me-
ia, ergo absolute non repugnat, immo inde in-
erre licebit, in nullo causarum genere repu-
nare; cur enim in uno minus quam in alio?
Ostenditur, cum quis ambulat propter
sanitatem, sanitas est causa finalis ambulan-
ti, ambulatio est causa efficiens sanitatis.
Respondeo, concessò Ant. distinguo conse-
nuens: ergo absolute non repugnat, inter
causas, quarum una est prior naturâ alterâ,
ego, inter causas, quarum una non est prior
naturâ alterâ, concedo conseq. Sanitas u. g.
sones ad ambulat, non aua ex:stir rea-
iter, est enim causa finalis ambulat, &
ad sanitatem adiuva, & ergo ad am-



144

ergo sanitas secundum existentiam realern
prior naturā ambulatione , quæ prioritas in-
voluit utriusque existentiam , tam eius , quod
est prius naturā , quam illius , quo est prius ,
propter actionem Physicam , quā priora &
posteriora naturā connecti , necesse est . Pro-
inde nulla sequitur contradic̄tio , licet vici-
sim sanitas , quæ est causa ambulationis , cau-
setur ab ambulatione , quæ tamen contradic-
tio sequitur , si causa , qua includunt priori-
tatem naturæ , se mutuo causent , sive in eodem
sive in diuerso genere , ut patet consideranti.

Possent hoc loco plures aliae obiectiones af-
ferri præsertim varij casus , quibus videtur
mutua prioritas naturæ suaderi , v. g. cūm
ventus aperiens fenestram subit conclave , a-
perto Fenestra est causa ingressus venti , &
ingressio venti est viciissim causa aperi-
tū Item duo baculi , quorum unus alter
tur , ne cadat , se mutuo sustentant , & hiū
sustentatio est causa altitudinis . Dicitur C. P.
trus dicat , nolo mouere
sinistram & econtra , m
sam otus dexteræ ac vic
spōsiones ad hos similē
solent , & spatium noi
rendi , ideo pr
m.

E